

3 1197 23794 6246
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY


LIBRARY
Brigham Young University
ARE BOOK COLLECTION
Vault
093
B468
1495
#2

1495

AVGV.MORA.DE MODO EPISTOLANDI CVM NON-NVLLIS EPISTOLIS QVAM PVLCHERRIMIS.

OPVSCVLVM cōponendarū Epistolarū familiariū Augustini Moraui Olomucensis: Decretorū atq̧ artium liberaliū doctoris: Ad Henricū Oseuein Decanum Glogouiensem: & canonicū Vratislauiensem.

d OLEO interdum mi. H. quom quorundā nō minimi etiam nominis epistolas intueor: intra me nō parū stomachari: hominū æui nostri inerciam detestatus: qui a familiari illa puri sermonis cōsuetudine: ita in epistolari hoc officio attollunt̃ ut nullum penitus texēdæ orationis. & epistolaris imaginis in his discrimen inueniatur. Quin eos uel tumidos uideas: obscuros: affectatos: tinnulos: & quocunq̧ alio cacozeliæ genere: ut Quintiliani uerbis utar: lasciuientes. Neq̧ id solū uerborū structura: delectuq̧ quodā exquisitiore admittūt. Sed ut numeros oēs absolute dictionis implesse uideant̃: rem ipsam & altius etiā exordiunt̃: Narrationē subiiciūt: propositionem: eius deinde cōfirmationē: contrariorū cōfutationē: excursionē. & quod in oratione est ultimū: causæ etiā perorationem annectunt: Eorū fortasse preceptis adm niti qui in libellis ipsorū: quos rhetoricos inscribunt: eisdē q̄bus orationē partibus: epistolā etiā depingunt. Quin etiā: ne quid ad p̄fectionē desit: figuras uerborū & sententiarū p̄ omnē passim orationem ita disparciūt: ut eis tanquā floribus quibusdam & pigmentis: totus ille sermonis cōtextus respersus uideat̃. Argumentorū ēt sedibus quibus orationes ipse potissimū referciunt̃: usq̧ adeo impliciti ut his & sylogismos enthymemataq̧ intorqueāt: & p̄ uarietate enthymematū: hic elētico: illic gnomico: dictico rursus aut paradigmatico cōcertēt: ignari quanta in stilo sit uarietas: ubi uel oratio texēda sit uel epistola: hystoria uel priuata res aliqua. res grauis: eaq̧ rursum humilis uel media. ita scilicet in omnibus eodē orationis habitu sibi incedendū existimāt. Qui si Ciceronē: Quintilianum: Anneumq̧ Senecam paulo accuratius: diligentiusq̧ explicuissent: quanta in his singulis stili disparitas esse debeat: facile obseruauissent. Lege ad Herenniū Tullii libros: īquit diuus Hieronymus: lege rhetoricos eius: reuuolue tria uolumīa de oratore: in quibus introducit eloquentissimos illius t̄pis oratores Crassum & antonium disputantes. Et quartū oratorem quē iā senex ad Brutum scribit: tūc intelliges aliter cōponi hystoriam: aliter orationes: aliter dialogos: aliter epistolas: aliter cōmentarios. Quis nescit inquit Cicero primam hystoriæ legem: ne quid falsi dicere audeat: huiusq̧ exedificationem positā eē in rebus & uerbis: rerū rō ordinem tēporū desiderat: regionum de criptionē: cōsilia euētus. Verborū aūt ratio: genus orationis fusum atq̧ tractū: cū lenitate quadā æquabili profluens: sine iudiciali asperitate & sine sententiarū forensiū aculeis. Et in bruto de Cæsaris cōmentariis. Comētarios: inquit: scripsit ualde quidē probandos nudi sunt recti: & uenusti: omni ornatu orationis tanq̄ ueste detracta. Sed dum uo

luit alios habere paratã unde sumerẽt q uellẽt scribere historiã: ineptis gratũ forrasse fecit: qui illa uolũt calamistris inurere: Sanos quidem homines a scribẽdo deterruit. Quod si in historia scribenda: calamistris queãdmodũ Cicero ait: uti nõ licet: quãto id minus in familiari epistola permittit. Quæ ut idẽ de claris oratoribus ait nõ nisi quotidianis uerbis cõtexitur. Vt igitur is error qui lõge lateq3 inualuit: posthac facessat presens opusculũ cõponendarũ epistolarũ condere institui. In quo si tibi studiosisq3 opepreciũ fecisse uidebor: gaudebo equidẽ me hãc operam frustra nõ suscepisse. Sin minus: aliis tñ uiã aperuero: ut qđ minus ipse cõsequi ualui: accuratoribus ipsi pceptis: si ea res tñ preceptis tradi põt in cõmunem omnium utilitatem exhibeant. Vale.

Quid sit epistola. Eius genera. Quodq3 ipsius officium.

Pistola quid sit: facile si nominis deriuationẽ obserues: inueni-
e as. Est. n. interpres & nuncia earũ rerũ quarũ absentes certiores esse uolumus. Epistello enim græcũ: quod mitto: nuncio: mandoq3 significat. Epistelin ex se format. Ex quo nos epistolã dicimus atq3 eam quidẽ: cuius officiũ sit: rerũ familiariũ: quotidianeq3 consuetudinis archanũ perferre absentibus: dũ mutuo quid aut uelint: aut gestũ sit: sibi ipsis denũciant. Secundum illud Nasonis. His archana notis terra pelagoq3 feruntur Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. Huius tria genera eẽ Cicero ad Curionem scribens ostendit: unum cuius gratia inuẽta est ut scilicet per hãc certiores redderemus absentes: siquid eẽt quod eos scire aut nostra aut ipsorũ intersit. Familiare & iocosũ alterũ. Tertiũ uero seuerũ quoddã & graue. Caue aũt pro epistola litterã numero singulari dixeris qñq3: quom ea nõ nisi elementum quoddam simplex significet. Quum lr̃as pro epistola usurpaueris orna tissime. Neq3 eas tñ duas uel tres. Sed binas ternas quaternas. Quũ duas tres ue epistolas dixeris recte. Neq3 te tñ poetica licẽtia mouerit. Illi enim carminis necessitate ducti: operis sui lege: ueluti Donatus inquit prescribere coguntur atq3 ea in carmen cogere: quæ pedibus soluta oratio nullo unq̃ tpe admitteret.

Quibus partibus cõstet epistola.

Vnt qui epistolã eisdẽ quibus orationẽ partibus constare au-
s tumnent. Principio scilicet: quod & exordium dicitur: Narratione: Propositione: Cõfirmatione: Cõfutatione: Digressione & Peroratione siue Epilogo. Nã nõ semper cõciliatus est nobis is ad quẽ scribimus: ut abrupte nobis incipiendũ sit: Nec ita semp series rei narrabitur ut nobis uel suasionibus opus non sit: uel dissuasionibus. Sicuti si agatur de pace: de bello: de copiis: deq3 rebus publicis in quibus maximis quandoque rationibus contendendum esse perspicimus. Vt sit ne honestum aliquid: Vtile: Necessarium: Phas: Iustum: Equum: Pium. Refellantur etiam oportet qñq3: quæ in contrariũ dici possint

sentētiæ:pter id quod qs aliqua in re consultū iri uelit. præterea dādus est ēt:ut Quin.ait:deformibus rebus color:puta si qs aliquē in id qđ difficile subiturus sit:inducere conet. Sed fallunt mea snia non modice: q id artificii i rebus familiari ac domestico ppe more tractandis:admitti debere cōtendunt. Tanquā si quū p epistolā de grauibus aliqbus rebus agat:ad oratorios ptinus neruos cōfugiendū sit. Neq3 res arduæ aliter tractari possint:quā ut eas cōcionatoriis his faleris obuestiamus. Nōne Ciceronis Epistolæ magna ipsa3 pte arduas difficilesq3 reip. causas cō-prehēdunt:qs est tñ q non uideat hūc in illis oibus his ptibus taliter ab-stinuisse:ut eū nō aliter scripsisse appeat:atq3 familiari sermone pñs co rāq3 dixisset. Quapp nullis qdē partibus epistolā distribuas recte. Qui omne id qđ describere uelis:ita simpliciter planeq3 aperias:ut a familiaris puriq3 sermonis consuetudine:non nisi paruo discrimine quodā: discessisse uideare.

Quod in epistolis scribendis:plus quam præcepta ualeat exercitatio.

h Allucinari mihi preterea uident nō mediocriter qui epistola3 formādaꝝ pcepta quædā iā cōstitui posse existimāt ut his stati rudes adhuc litteraꝝ aīos & uix dū gramatices uestibulū igressos ibui debere cōtēdāt. Vtq3 nō magis ualere credāt uel optimi cuiusq3 i scribēdo imitationē:uel eā quā Ci. magistrā dicēdi ait:scripti cōtinuā quandā & iaffectatā exercitationē. Nā qd adolescētibus pfuerit queso ut principio hūc ad quē scribāt sibi beniuolū docilē attentūq3 faciāt pre cipere:si oro:si stilus:si modus his deniq3 illa faciēdi detuerit? Quanto melius quantoq3 eruditius. Quin. Et est inquit sua ēt in studiis infantia ut corpoꝝ fortissimoꝝ educatio:a lacte cunisq3 iniciū ducit:ita futurus eloquētissimus:edidit aliqñ uagitū & loq primū icerta uoce tētauit. Et apud Ciceronē cū de his ptibus oratiōis dissereret. Ne hæc quidē reprehendo:iquit Antonius:sūt.n.cōcinne distributa sed tamē id qđ necesse fuit hoibus exptibus eruditiōis.nō perite. Accedat itaq3 oportet: in his q se stilo:Epistolisq3 effingēdis i primis dedūt:nō.n.oratorē sed adole-scentē imperitū aliquē istituimus:diligens alienoꝝ scriptoꝝ prelectio. Cūq3 i his habitū induerint quēdā:tū ut imitationi etiam: atq3 ei quod paraphrasin græci uocāt:se se accomodēt curauerit audiāt ēt ut Quin. ait plura:atq3 iueniāt. Volo.n.se efferat:iqt:i adolescēte fæcūditas multū decoquēt āni multū rō limabit multū ēt exercitatiōis deteret assiduitas:& luxuries si q uæ ierit:stilo potissimū:ut Ci.ait depascēdaerit. Cōicos precipue poetas sectari assuescat quo fāiliaris sermōis facilius uirtutē & cōsuetudinē ibibat. Cicerōis deīde epistolis deditus ipius snias uerbaq3 ita sibi familiaria efficiat ut ea si quid quandoq3 scribat: non uocata etiam sub acumen stili succurrant. Tum Vergilii Nasonisq3 placeat potissimū uersare poemata. Quæq3 ex his cōuenire uidebunt i episto-

lare cōtextū tanquā teniis aliqbus excultioribus intexere: rarius tñ hoc ipsum dū faciat: ne uel uiciū id quod summū in scribēdo ē affectationis incurrat. Nōq3 id quod scribit epistolæ stilū habere uideatur sed excogitate alicuius potius orationis.

Quot genera dicendi inueniantur.

t Ria dicēdi genera quæ caracteres græci appellant a Cicerone Agellioq3 tradita inuenimus: Graue quod Adron græci uocāt ex grauiū uerbo℞ structura: magnaq3 & ornata uerbo℞ cōpositiōe cōflatū. Mediocre alte℞ quod messon græci nomināt: media ne tñ infima uerbo℞ dignitate cōpositū. Attenuatū tertiū: qđ Ischnō græci appellāt: usq3 ad uulgatissimā illā puri sermonis cōsuetudinē demissū Habet autē quilibet isto℞ caracte℞ uiciū aliquod sibi cōfine & agnatū quod modū & habitū eo℞: falsis ut Aggelius ait simulachris emenciaꝛ Grauis. n. nisi diligenter aduertas: elata quadam & tumida uerbo℞ īsolentia mox inturgescet: quom aut nouis uerbis aut uetustis: aut grauiore q̄ res exigat methaphora īsurgas. At medio quom uteris. obseruādū erit q̄diligentissime: ne id ipsum ꝗ ita scribas: genus orationis dissolutū aut fluctuans inueniatur. Vel quod stili imutatione facile accidere solet: incōnexū. In attenuato autem: exili arido exanguiq3 decipiere sepiusculę. Ita. n. temperatū esse debet: ut neq3 se attollat ad excogitatū: neq3 ad rude inelaboratūq3 demittat.

Qualis in epistolis stilus esse debeat.

e Pistolaris itaq3 formula attenuato stilo ducetur potissimum in quo nihil aut pa℞ pigmēti: nihilq3 fuci: nisi ubi dignitas rei expostulat adhibeaꝛ. Numeros oīs dichoreos diambosq3 illos q bus Isocrates primū orationē distinxisse diciꝛ: ut maioris artificii cuiusdam epistolaris stilus excluserit. Solutus is sit: sed nō ut fugiat tñ: nō ut erret: Sed ut sine uinculis ut Cicero ait: sibi ipsi modereꝛ: uerba ipsius nō quasi ad filū coagmētata ducanꝛ: sed cōueniat in hoc aliqd negligētiæ admisisse. Sit sermo tñ latinus & purus nec icitatus sed placidus pocius: tranquillus atq3 sedatus coloribus & schematibus: nō nisi rare īter currētibus. Exclamatiōes ab hoc genere oratiōis penitus aliene ducāꝛ Ne in thragicū cothurnū: sicuti dr̄: incidisse uideaꝛ. Et ut rē breui' cōplectar: nō aliā quidē epistolæ uelim imaginē: quā eā quā diui augusti obseruatione Trāquillus: cū de stillo & genere loquēdi eiusdē dissereret expssam reliquit. Genus inquit loquēdi secutus ē elegās & tēperatū: uitatis sentētia℞ ineptiis atque cōcinnitate & recūdito℞ uerbo℞: ut ipse dicit fetoribus precipuāq3 curā duxit sensū aī q̄ aptissime exprimere: quod quo facili' efficeret: aut necubi lectorē uel auditorē obturbaret ac moraret: neq3 ꝑpositiōes uerbis addere: neq3 cōiunctiones sepius iterare dubitauit: quæ detracte afferūt aliquid obscuritatis: & si gratiā augent

Cacozelos & antiquarios:ut diuerso genere uitiosos:pari fastidio spre uit. Exagitabat nonnũquã p̄cipue Mecennatẽ suũ:cuius Myrobrechis ut ait:cincinnos usq̄ quaque psequit̃:& imitãdo p locũ irridet: Sed nec Tiberio parcit:& exoletas interdũ & recõditas uoces aucupanti. M. q̄ dẽ Antoniũ ut insanũ increpat:quasi ea scribẽtẽ quæ mirent̃ pocius ho mines q̃ intelligãt. Et quadã epistola Aggripinæ neptis ingeniũ collau dans. Sed opus est inquit dare te operam ne moleste scribas & loquaris Hactenus quidẽ Tranquillus. Quãta igit̃ aĩaduersiõe digni existimãdi sunt qui picturatis quibusdã accersitis q̄ uerbis mollioribus q̄ sententiis epistolas suas refertiunt. Tum eã se demũ probe dictasse existimãtes si ad hmõi orationis lauticiẽ defluxerint: Perfractã alii orationem: inquit Seneca probant & asperã disturbant de industria siquid placidius et flu xit. Nolunt sine salebra esse iuncturã Virilẽ putãt & fortẽ quæ aurẽ in æqualitate pcuciat. Multi ex alieno sæculo petũt uerba: Duodecim ta bulas loquunt̃ Gracchus illis Crassus & Curio nimis culti & recẽtes ui dent̃. Alii uero dũ nihil nisi tritũ & usitatũ uolũt: in sordes etiã incidere minime formidãt. Quis igit̃ inquies epistolæ modus hñdus. Quæ for mula: si ea tot uicia cõsequi cõsueuere. Audi quæso quid Seneca scribat ad Lucilium. Minus tibi accuratas inquit epistolas a me mitti quereris Quis enim accurate loquit̃ nisi q uult putide loqui. Qualis sermo me us eẽt si una sederemus aut ambularemus illaboratus & facilis: tales in quit uolo eẽ epistolas meas: quæ nihil habeãt accersitũ nec fictũ. Sed si fieri posset: quid sentiã ostẽdere q̃ loq mallẽ: Cõtentus sensus meos ad te ptulisse: quos nec exornassem nec abiecissem. Quod & Ouidius de arte amãdi p̄cepisse dignoscit̃ cũ inquit: Munda sed e medio: cõsuetaq̄ uerba puellæ Scribite: sermonis publica uerba placẽt. Idem. Sit tibi cre dibilis sermo cõsuetaq̄ uerba Apta tñ: presens ut uideare loqui. Sit igit̃ ut dixi epistolaris sermo inelaboratus & planus ut in eo tñ humilitas il la nimia uitetur. Ne quid etiã rustice uaste hiulceq̄ enuncies. In reliquis enim optimi cuiusq̄ imitatione & oĩa assequere facillime: & p captu in genii tute ipse pulcherrime moderabere.

De Ornatu.

S Ed qm̃ oratio ipsa rudis ex se & informis est: nisi uel sententia rũ uel uerboꝝ ueluti floribus quibusdã pingat̃: Nisique sibi ali quid quo uulgarẽ notã effugiat alicũde ornatus asciscat. Stude bit añ oĩa scriptor diligentissimus: ut ĩ eo tali moderamĩe utat̃: ne id qđ cauẽdũ plurimũ pfessus sum: effeminatã illã delumbẽ & fluxã scriben di cõsuetudinẽ incurrat. Quin oratio sit uirilis pocius: & natiuo magis colore q̃ externo fuco: uersicoloriq̄ habitu aliq̄no distincta: Non ab re igitur facturi uidebamur aliquid ea in re: de uerboꝝ. s. sententiarumq̄ ornatu: ex sñia Ciceronis precipe. nõ quidẽ ut his frequẽtius epistolas

respargendas ueli sed ut ea lector cognoscēs: intelligat una: quantū iter oratione ītersit quæ his tāq̄ luminibus illustref: & hāc epistolarē formu lam: quā inaffectatā dixi esse debere: purā: simplicē apertā: & planā. Pa riter ēt ut ubi res: persona locusq; exigāt: aliqua sibi ab his mutuāda fo re cognoscat. Ornatus igif oīs ī tribus potissimū consistere dignoscitur Verbis: Sentētiis: & cōpōe. Verbo℞ quædā simplicia sūt: quæ asintheta appellāt græci. Quædā uero coniuncta: cōposita: cōtinuataq; dicuntur Idq; differētia itē quadruplici. Aut. n. ꝓpria sunt: quæ & natiua dicūtur: pene ut Cicero ait cū rebus ipsis enata: ea quæ res ꝓpriis uocabulis enū ciāt: Aut īusitata. i. pp eo℞ uetustatē iampridē a cōi hoīum cōsuetudine remota ac ītermissa. Vt Antigerio ꝑ ualde: Simitu ꝑ simul: exanclare ꝑ pficere: Soboles: ꝓsapia. Aut nouata. i. ob penuriā uerbo℞ ex similitu dine aliqua eius rei quā exprimere uolumus deducta: ut Cicero a ppe ciendo ppessionē dixit beatitatē a beando discentiā a discēdo hierony mus: Versutiloquas malicias: Sutiles dolos. Aut trāslata quō. s. uel ino pia sermonis uel breuitatis: ornatusue cā uerba aliqua in sensū alienum traducta sint ut si uites gemmare dicamus luxuriare segetes ridere pra ta inusitata uerba uitāda ī hoc genere erunt potissimū & tāq̄ scopulus aliqs ut Gellius inqt cauenda. Non. n. ea audacius usurpāda sūt: quæ cū ætate iampridē consenuerūt ex ꝓpriis uero nouatisq;: quæ bona erūt. i. splendida illustriaq; elicienf uulgaria. obsoleta obscura aliena genti liaq; oīa abiicienf. Vulgaria quæ uulgus hēt: ut si Capitaneū ꝑ impera tore. Militē ꝑ bullato equite: indulgentiā ꝑ uenia usurpes: obsoleta sed & ea inter īusitata reposita sunt si redandruo ꝑ redeo Gnaruisso ꝑ nar ro: eisq; similia multa uete℞ cōsuetudīe frequētes. Aliena ut si his qbus hystorici utunf uel poetæ uerbis tu quoq; in orōne uel epistola aliqua utare. Vt auermicare ꝑ auertere. Qua pro ptim gnatū ꝑ filio. Gentilia si uocabula gēti alicui ꝓpria ꝑ latinis ponere p̄sumas ut mastrugā sar dum: & casnar oscū ꝑ renone & sene. Trāslata uero quæ fuerint: maio re cura quadā ꝓuidētiaq; tractanf. Ea. n. transferri oportet quæ aut cla riorē uehemētiorēq; rē faciant: ut si tēpestatē describētes dicamus ma re inhorrescit. Tenebræ cōduplicanf noctis Celū tonitru cōtremit un diq; erūpunt uēti Feruit estu pelagus Sæui turbines uertunf. Aut quæ rē plenius ennūcient atq; significē: Vt quū occultantē cōsilia: dicimus rē circūuestire aut sepire dictis. Aut quæ inopiæ uerbo℞ concinna aliq̄ similitudine subueniāt ut si pedē in naui: libræ nexū: uxoris diuortium dixerimus ī quo sæpe ēt sensuū uim addere cōsueuimus: ut quū lucē ue ritatis dicimus: odorē urbanitatis legū silentiū inter arma dice li berta tis nomen: humanitatis mollicié Nō longe tamen petita debēt esse ea q̄ translata sūt sicuti si luxuriosū aliquē syrti patrimōii Caribdimq; bo no℞ dicas quū uel scopulū uel uoraginē tanq̄ rē nobis magis nota dixis

ſe potueris ornatius. Sed & oĩs diſſimilitudo hoc ĩ genere uitãda erit q̃ maxime. Neq̃.n. ſi ganeoné aliquẽ uoracẽq̃ hoc tranſlationis genere ĩceſſere uelim hũc tẽpeſtatẽ cõmeſſatiõis dixerim recte. Vnde catachriſis metonymia & alia id genus cõplura emergunt. Quæ oĩa pſequi diffuſioris ſane ſit opis quã cõpẽdioli huius breuitas ꝓmiſſa pmiſerit. Reliquũ eſt igit̃ ut qm̃ pleraq̃ de uerboꝝ natura pſtrinximus: de cõpoſitionis ẽt uirtute aliquid dicamus: Nam ſniaꝝ uerboꝝq̃ colores poſt hac tractabimus.

De compoſitione.

c Ompoſitio ergo quæ potiſſimã ſcribẽdi laudẽ affert tribus rebus in primis abſoluit̃ ordine uidelicet iũctura & nũero. Ordo quidẽ in ſingulis uerbis ẽ atq̃ cõtinuatis. In quo id primũ obſeruari decet ut orationẽ nõ diminui: ſed cõpoſitiõe uerboꝝ continua creſcere ſemp ĩſurgereq̃ faciamus id erit ſi fortioribus uerbis delectis ſimulq̃ nexis: quæ infirmiora erũt ꝑpoſuerimus: quæ aũt ualidiora ueluti p gradus aliquos illis adhibuerimus: tũ ut naturæ ordinẽ nõ ꝑtereamus: prius deos noĩando q̃ hoĩes: prius uiros q̃ femĩas: diẽ q̃ noctẽ. uirtutes q̃ uitia: inde uero ut oratiõis lenitati & pulchritudini conſulamus apte. ſ. uerbis: noĩbus: ꝑpoſitiõibus: aduerbiis: cõparatiuis: ſuplatiuis negatiõibuſq̃ locãdis: quæ quia cõtritis puulgatiſq̃ multoꝝ preceptis expoſita ſũt: nulla noua preceptiõe hoc in loco indigere uidet̃. At iũctura uerboꝝ quadã ſtructura: ĩoffenſaq̃ ipſoꝝ collocatiõe pficit̃. Ne qd. ſ. aſperitatis uerba in ſe habeãt: ne ue hiulcã crebro uocaliũ cõcurſu: hiatuq̃ quodã incõcinniore pariãt orationẽ. Ne ſtridulã: ſuſſultãtemq̃ incauta cõſonantiũ colliſione: uerboꝝ arguãt negligentiã. Numerus aũt & ipſe quoq̃: ſuis in oratione metis diſtĩguit̃. Cũ orationẽ uel certis pedibus metroꝝq̃ legibus aſtringit: ut in uerſibus poeticis uel laxioribus uinculis expaciari pmittit: ut in Rithmis: uel principia tãtũmodo: clauſulaſq̃ oratiõis oculta tñ rõe deuincit ut ĩ orationibus ſolutis. Veꝝ qm̃ iſtud ſicuti dixi epiſtolarẽ ſtilũ excedit iõq̃ ĩ hæc latius euagari noluim⁹ Quod reliquũ cõpoſitõis ẽ pari breuitate pſtricturi: uicia cõpoſitiõis ſecũdũ fortunatianũ pmaxĩa ſũt: ea quæ græci iocaciſmũ metaciſmũ labdaciſmũ: homeopropherõ: diſpropherõ:: poliſigma frenoſq̃ uocãt: nõ uitare: uel cuiuſlibet ſyllabæ aſſiduitatẽ ĩ odiũ repetitã: ut Caſus Caſſãdra canebat. methaciſmus ẽ cũ uerboꝝ cõiunctio m litteræ aſſiduitate collidit̃: Vt ſi dicas Maiã ipſã amo q̃ſi meã aĩam. Labdaciſmus cũ l plurimũ diſſonat. Vt ſi dicas. Sol & luna luce lucẽt albã lacteã. Iocaciſmus cũ i frequẽtius repetit̃. ut iuno ioui iure iraſcit̃. Poliſigma ubi s crebrius geminat̃. Vt Soſia in ſolario ſoleas ſarciebat ſuas. Homeopropheron ubi litteræ aut ſillabæ nimia fiat aſſiduitas. Vt O tite tute tati tibi tãta tyrãne tuliſti. diſpropheron ut ſi dicas Perſuaſtrices preſtigiatrices

atq; inductrices tygres. Freni uero fiũt ex asperis lřis in unũ cõcurrẽti bus. Vt est illud Terẽtii in Ecyra: p pol q̃ paucos reperias meretricibus euenire amatores Syra. Quæ uicia nõnũq̃ tñ cum decore frequẽtauit Vergilius: Hiatũ quidẽ cũ poliphemũ describit: Mõstrꝝ horrẽdũ informe ingens cui lumẽ adẽptũ. Crebrã sillogismorꝝ assiduitatẽ: polisigma q;: murmur aquæ sonãtis exprimẽs. ut Sale saxa sonabant. S. enĩ lřam qđ Quin. testať: sibilũ: murmurq; aquæ scopulis illusæ: reddit frenos quũ Orõtis tẽpestatẽ describẽs r litterã repeciit: ut Torquet agẽs circũ & rapidus uoat æquore uortex. Rẽ scilicet gestã uerborꝝ murmure cõsequutus. Labdacismũ uero quũ aquæ defluuiũ scribẽs l lřam sepe inculcat: ut Et lita de fluuio labat ungula lapsa p alga. Verũ hæc & complura alia tũ exercitationis suggeret assiduitas: tũ diligẽs ẽt Cice. Quintiliani q; rõ cũ ualidioribus in orationẽ neruis assurges: planissime subiiciet

De Verborum & Sententiarꝝ coloribus.

u Erꝝ qm̃ uerborꝝ & sententiarꝝ colores: aliqñ etiam epistolæ inspargẽdos retulimus: idq; qd de his a Cicerone ꝓditũ sit q̃breuissime deinceps ẽt disseremus. Est aũt uerborꝝ exornatio secũdũ Ciceronẽ quæ ipsius sermonis insignita cõtineť ppolitiõe. Sententiarꝝ uero exornatio ẽ quæ nõ in uerbis: sed in rebus ipsis quãdã sibi obtinet dignitatem.

r Epetitio ẽ quũ cõtinenter ab uno atq; eodẽ uerbo in rebus uel similibus uel diuersis principia sumunť: ut tu in forꝝ ꝓdire: Tu lucem cõspicere: Tu in horꝝ cõspectũ audes uenire.

c Onuersio ẽ p quã nõ ut añ primũ repetimus uerbũ: sed ad postremũ cõtinẽter reuertimur. Vt. C. Lelius homo nouus erat. doctus erat: bonis uiris & studiosis amicus erat: ergo i citate prius erat

c Omplexio ẽ quæ utranq; p̄dictarꝝ exornationũ cõplectiť: & ut repetať primũ uerbũ sæpius & crebro ad idẽ postremo reuertať: hoc mõ. Qui sũt qui federa sepe ruperũt? Carthaginenses Qui sũt qui in italia crudele bellũ gesserũt? Carthaginẽses. Qui sũt qui italiam deformauerũt? Carthaginenses.

t Raductio ẽ quæ facit ut cũ idẽ uerbũ crebrius ponať: nõ modo nõ offendat: sed ẽt orationẽ cõcinniorẽ reddat. ut hũc tu hominẽ appellas: qui si fuisset hõ nunq̃ tã crudeliter hoĩs uitã petisset. Itẽ diuitias sine diuitũ eẽ: tu uero ꝟirtutẽ præfer diuiciis. hæc exornatio tũ uenustatis: tũ etiam acrimoniæ habet plurimũ.

c Ontẽtio ẽ cũ ex cõtrariis uerbis oratio cõficiť: ut Tacere cum opus ẽ clamas: quũ loqui cõuenit obmutescis. Itẽ: Habet assentatio iocũda principia: eadẽ exitus amarissimos habet.

e Xclamatio quæ doloris aut idignatiõis significationẽ continet Vt O perfidiosæ fregellæ quæ facile scelere uestro cõtabuistis.

Hæc uim in oratione obtinet maximã.

Nterrogatio ẽ quæ quũ enumerata sũt oĩa quæ obsunt causæ
i aduersarii orationem, supiorẽ cõfirmat: hoc pacto cum igitur
hæc oĩa faceres: diceres: administrares: utꝝ animos socioꝝ re
mouebas a republica uel non.

Aciotinatio ẽ qua ipsi a nobis rõnem alicuius rei reqrimus: &
r crebro nosmet ipsos interrogamus & reddimus cuiusq; ꝓposi
tionis rõnẽ: ut Maiores nostri si quã mulierẽ unius peccati dã
nabãt: eandẽ multoꝝ maleficioꝝ una cõuictã putabãt. Quo pacto: qm̃
quã ĩpudicã iudicarãt: eã ueneficii quoq; dãnãdã existimabãt: qd ita qd
nulla facilior ad id maleficiũ cã: q̃ turpis amor & intẽperãs libido.

Entẽtia ẽ oratio sũpta de uita alicuius: aut quid eẽ oporteat in
s uita. Exẽplũ primi: difficile ẽ uirtutes reuereri qui semp fuerit
secũda fortuna usus. Itẽ: Egẽs æque ẽ is qui non satis habet: & is
cui nihil põt satis eẽ. Exẽplũ secũdi: Sapiẽter cogitãt qui tẽporibus secũ
dis aduersos casus reformidant.

c Ontrariũ idẽ est fere qđ cõtentio. qđ. s. ex rebus diuersis dua
bus: alterã breuiter & facile cõfirmet: ut qui in cõuentu amico
rũ ueꝝ nõ dixerit. Nunqd eũ credis ĩ cõciõibus a mẽdacio tẽparatuꝝ.

Embꝝ ẽ res breuiter absoluta sine totius oratiõis demõstratio
m ne quæ denuo alio mẽbro oratiõis excipiꝛ: hoc pacto. inicio ꝓ
deas. istud ẽ ueꝝ qđ appellaꝛ mẽbꝝ: deinde hoc excipiaꝛ opor
tet ab altero: Et amicum ledebas.

a Rticulus cũ singula uerba in oratione interuallis quibusdã di
stinguiꝛ: ut Acrimonia uoce uultu aduersarius pteruisti.

Ontinuatio ẽ densa & cõtinẽs freqũetatio uerboꝝ cũ absoluti
one sentẽtiaꝝ. Ea utimur cõmodissime in tribus coloribus. in sentẽtia:
cõtrario & cõclusione. in sñia. ut ei nõ multũ põt obesse fortuna q sibi
in uirtute firmius q̃ in casu cõsiliũ locauit. in cõtrario uero hoc mõ. Nã
si quis spei nõ multũ colocarit in casu: quid est quod ei magnope casus
obesse possit. in cõclusione hoc pacto. Quid si in eos plurimũ fortuna
põt qui suas rõnes oẽs in casũ ĩtulerũt: nõ sũt oĩa cõmittẽda fortunæ.

Ompar appellaꝛ quod habet in se mẽbra oratiõis quæ cõstãt
c ex pari fere numero silabaꝝ. Ut in prelio pater mortẽ oppete
bat. Domi filius nuptias cõparabat. Hæc oĩa graues casus ad
mĩstrabãt. itẽ. illi fortũa dedit felicitatẽ: huic ĩdustria uirtutẽ cõparauit

Imiliter cadẽs exornatio diciꝛ cũ i eadẽ cõstructione uerboꝝ
s duo uel plura sũt uerba quæ similiter iisdẽ casibus deferunꝛ
ut hoĩem laudas egentẽ uirtutis: abundantẽ felicitatis.

Imiliter desinens est quum tametsi casus uerbis non insunt
s tamen similes exitus inueniutur: Ut Turpiter audes facere.

Nequiter ſtudes dicere: hæc cū ſupiore hoc pacto cōiungetur pulcher-
rime: perditiſſima ratio eſt amorem petere: pudorem fugere: diligere
formam: negligere famam.

a Nnominatio ē cū ad idē nomē uel uerbū accedit̃ cōmutatione
uel additione unius litteræ uel pluriū. Aut ubi ad res diſſimiles
ſimilia uerba accomodāt̃: fitq̃ multis modis: cōpreſſiōe lr̃æ ut hic ueni
it anteq̃ romā uenit. demēdis lr̃is. Vt ſi lenones quēadmodū leones ui
taſſet. Trāſferēdis litteris: ut iudices uidete utrū homini gnauo an ua-
no credere malitis. Verboꝝ ſimilitudine ad res diſſimiles: Vt demus
operam quirites: ne omnino patres cōſcripti circūſcripti putemur.

Vbiectio quū interrogamus aduerſarios: aut ipſi a nobis queri
s mus: quid ab illis: aut quid cōtra nos dici poſſit: deīde id quod
oportet dici ſubiicimus: aut qđ nō pōt aut nobis adiumento fu
tuꝝ ſit: aut illis offutuꝝ ut quero enim iudices unde iſte tā pecunioſus
ſit factus. Amplū patrimoniū relictū ē: nō. patris enim bona uenierunt
ſub haſta. Hereditas ab aliquo obuenit: no pōt dici. Nā & a neceſſariis
oībus exheredatus ē. Ergo ſi ita nō eſt locupletatus: aut ei domi naſcit̃
aurum: aut unde nō eſt licitū capit.

Raditio ē in qua nō añ ad cōſequens deſcendit̃ uerbū q̃ ad ſu
g perius fuerit aſcenſū: Vt Aphricano uirtutem induſtria: uirtus
gloriam: gloria emulos comparauit.

Iffinitio ē quæ alicuius rei proprias amplectit̃ poteſtates: Vt in
d iuriæ ſunt quæ aut pulſatione corpus aut cōuicio aures: aut ali
qua turpitudine uitā cuiuſpiā uiolāt.

Ranſitio ē quæ quū oſtēdit breuiter quod dictū ſit: ꝓponit itē
t breuiter quod cōſequat̃: Vt mea in iſtū beneficia cognoſcitis.
Nūc quam mihi gratiā retulerit accipiatis.

Orrectio eſt quæ tollit uerbū aliquod quod dictū eſt: proq̃ eo
c aptius aliquod repōit. Vt o uirtutis comes inuidia quæ bonos
inſequeris plerunq̃: atq̃ adeo inſectaris.

Ccupatio ē cū dicimus nos p̄terire aut nolle dicere id quod tūc
o maxīe dicimus: Vt nō ſum in eo occupatu quod ciuitates do-
muſq̃ oīum depeculatus es: furta rapinaſq̃ tuas oēs omitto.

Iſiunctio ē cū eoꝝ de quibus dicimus aut utrunq̃ aut unūquod
d q̃ certo cōcludit̃ uerbo. Vt. P. R. Numanciā deleuit. Carthagi
nē ſuſtulit: fregell as euertit.

Oniunctio quom interpoſitione uerbi & ſupiores partes ora-
c tionis cōprehēdunt̃ & īferiores. Vt formæ dignitas aut mor
bo defloreſcit aut uetuſtate.

Diunctio ē quom uerbū quo res cōprehēdit̃ nō īterponimus:
a ſed aut primū aut poſtremū collocamus. Exēplum primi. deflo

rescit formæ dignitas aut morbo aut uetustate. Exẽplũ secũdi: aut morbo aut uetustate formæ dignitas defloreſcit.

sc Onduplicatio ẽ quũ rõne amplificatiõis aut cõmiseratiõis unius aut pluriũ uerborũ iteratio fit. Vt nũc etiã audes in horũ conspectũ uenire proditor patriæ: proditor inquã patriæ uenire audes in horum conspectum.

i Nterpretatio ẽ quæ nõ iterãs idẽ reintegrat uerbũ: sed id quod positũ ẽ uerbũ: alio uerbo cõmutat: quod idẽ ualeat: Vt rẽpub. radicitus euertisti. Ciuitatẽ funditus deiecisti.

c Ommutatio ẽ cũ duæ sentẽtiæ inter se disceptãtes ex traiectione ita efferunt: ut a priore posterior cõtraria priori pficisca tur: ut eẽ oportet ut uiuas: nõ uiuere ut edas. Itẽ ea re poemata nõ facio: quia cuiusmodi uolo nõ possũ: cuiusmodi possum nolo.

p Ermissio ẽ quũ ostendimus dicendo nos aliquã rẽ totã tradere & cõcedere alicuius uolũtati: sic. qm̃ oibus rebus surreptis solũ mihi supest aĩa & corpus. Hæc de multis quæ mihi sola relicta sunt uobis etiam & uestris condono potestati: uos me uti uobis uidetur utamini & abutamini.

d Vbitatio ẽ quũ querere uidetur orator utrũ de duobus potius: aut qd de pluribus potissimũ dicat: Vt tu istud ausus es dicere Homo omniũ mortaliũ: quero quo nã te digno moribusq̃ tuis appellem nomine.

e Xpeditio ẽ quũ rõnibus cõpluribus enumeratis quibus res aliq̃ fieri aut nõ fieri potuerit. Ceteræ tollunt: una uero quã nõ intendimus relinquit: Vt necesse ẽ quũ cõstet hũc nostrũ fundũ fuisse: ostẽdas te aut uacuũ possedisse: aut usu tuum fecisse: aut emisse: aut hereditate tibi uenisse: Vacuũ quũ ego adessẽ possidere nõ potuisti tuũ ẽt hũc usu fecisse nõ potes: Emptio nulla pfert. Hereditate tibi me uiuo uenire ñ potuit. Relinquit ergo ut me ui de fũdo meo eieceris.

d Issolutio ẽ quæ cõiunctionibus de medio sublatis: partibus separatis effert: hoc mõ: Gere morẽ parenti. Pare cognatis: obsequere amicis: obtempera legibus.

p Ercisio ẽ quũ dictis quibusdã: reliquũ quod ceptũ ẽ dici incohatũ reliquit: Vt tu istud nũc audes dicere q nup alienæ domui ñ ausim dicere: ne quũ te digna dixero: me idignũ qppiã uidear dixisse.

c Onclusio ẽ q breui argumẽtatiõe ex his quæ añ dicta sũt aut facta: cõficit quod necessario cõsequat. sic: qđ si danais datũ erat oraculũ nõ posse capi troiã sine philoctetæ sagittis. hæ ãt nihil aliđ fecerũt nisi alexãdrũ pculerũt: hũc extiguẽ id nimirũ fuit capi troiã.

n Ominatio ẽ quæ nos admonet ut cuius rei nomen aut nõ sit nõ satis idoneũ sit: eã nos met idoneo uerbo aliquo nomine-

mus imitationis aut significationis cã:imitationis ut cũ maiores rudere uagire:sibilare:murmurare appellarũt:significationis:ut postq̃ is in remp.irruit:fragor ciuitatis audiri uisus ẽ.

p Ronominatio ẽ quæ sicuti cognomine quodã extraneo demõstrat id quod suo noĩe nõ põt appellari: Vt si quis de Gracchis loquẽs:at nõ Aphricani nepotes istiusmodi fuerũt:inquiat.

d Enominatio ẽ quæ a ꝓpinquis & finitimis rebus trahit orationẽ:qua possit intelligi res quæ nõ suo uocabulo sit appellata: Ista aut ab inuentore fit.ut si quis de tarpeio loquẽs capitolinũ uocet:aut ab inuẽto ut liberꝝ ꝓ uino:pro cerere frugẽ.aut ab istrumẽto dñm:ut si quis macedonas appellarit hoc mõ.Nõ tñ cito sarisse græcia potitæ sunt. Aut id quod fit ab eo qui facit:ut martẽ pro bello. Aut ab eo qđ cõtinet id qđ cõtinet̃:ut armis germania uinci nõ põt:Italia disciplinis:aut ab eo qđ cõtinet̃ id quod cõtinet:& id genus multa.

c Ircuitio ẽ oratio rẽ simplicẽ assũptã:circũscribens elocutione: ut Scipionis prudẽtia carthaginis opes fregit.

Rãsgressio quæ uerboꝝ pturbat orationẽ: traiectõe & puersione.puersiõe sic:hoc uobis arbitror deos ĩmortales dedisse pietate ꝓ ur̃a traiectõe hoc mõ:oẽs ĩuidiose eripuit tibi bñ uiuẽdi casus facultates

s Vplatio ẽ oratio supãs ueritatẽ augẽdi minuẽdi ue cã. hoc mõ Corpe niueũ cnadorẽ aspectũ igneũ ardorem assequebatur: Cuius ore melle dulcior sermo ꝓfluebat.

i Ntellectus ẽ quũ res tota parua de parte cognoscit̃: aut de toto pars:de uno plura:de pluribus unũ. Sed hoc quidẽ manifestius ẽ q̃ ut exemplis indigeat.

a Busio ẽ quæ uerbo simili & propinquo:ꝓ certo & ꝓprio abutitur:ut si dicamus:orationẽ magnã:longũ consiliũ.

t Rãslatio ẽ quũ uerbũ in quandã rem trãsfert̃ ex alia re: sed de hac re superius multa.

p Ermutatio ẽ oratio aliud uerbis:aliud ſnĩa demõstrans. hæc fit aut p similitudinẽ aut argumentũ aut cõtrariũ:p similitudinem ut si dicas.Nã cũ canes fungunt̃ officio lupoꝝ cuius natura presidio pecuaria trademus.Per argumẽtũ:ut si quis drusũ gracchũ numitorem obsoletũ dicat.Per cõtrariũ:ut si quẽpiã qui patrem uerberauit æneam uocemus.Intemperantẽ & adulteꝝ hypolitũ.

Colores Sententiarum.

h Actenus quidẽ uerboꝝ colores exẽplis Cicerõis illustrioribus pstriximus. Reliquũ ẽ de sentẽtiaꝝ ẽt exornatõibus tractemus

d Istributio ẽ quũ in plures res aut psonas negocia certa quædã disparciunt̃:ut senatus officiũ ẽ cõsilio ciuitatem iuuare: magistratus officiũ ope & diligẽtia cõsequi uoluntatẽ Senatus po-

puli officiũ est res optimas & homines idoneos maxime suis sententiis deligeret

l Icentia ẽ quũ apud eos quos aut uereri aut metuere debemus tñ aliquid ꝓ iure nostro dicimus quod eos minime offendit. Aut quos hi diligunt quũ in aliquo uere reprehẽdi posse uideant: ut nimiũ quirites animis estis simplicibus & mansuetis: nimiũ creditis unicuiqꝫ: Maximas & priuatas & publicas calamitates accepistis. Quumqꝫ maiores impẽdere uideant: sedetis & oscitamini.

Iminutio ẽ quũ aliquid eẽ in nobis uel in his quos defendimus
d aut natura aut fortuna aut ĩdustria dicemus egregiũ. Quod nequa significet arrogans ostẽtatio: diminuit & attenuat oratione: hoc pacto. Scitis Quirites quã pro rep. uestra disciplinã militarem non in postremis tenuerim.

Escriptio ẽ quæ reꝝ cõsequentiũ cõtinet ꝑspicuã & dilucidam
d cũ grauitate expositionẽ: Sic: neminẽ ueſtꝝ fugit quirites capta urbe quæ miseriæ cõsequi soleãt. Arma qui tulerũt statim crudelissime necant: cæteri rapiunt in seruitutẽ: tum liberi e gremiis parentũ diripiunt: partim in sinu iugulantur: partim ante ædes constuprantur.

Iuisio ẽ quæ rẽ semouẽs a re: utrãqꝫ absoluit: rõne subiecta hoc
d mõ. Quid nũc ego de propriis meis meritis predicẽ: si meministis obtundã. Si obliti estis: cũ re nihil egerim: quid est quod uerbis ꝑficere possim.

Requẽtatio ẽ quũ res in tota causa dispersæ cogunt in unum
f locũ quo grauior aut acrior aut criminosior sit oratio: Vt nolite igitur nolite iudices ea quæ dixi separatim spectare. Sed oĩa colligite & cõferte in unũ: suæ pudicitiæ proditor ẽ: insidiator alienæ: cupidus: intemperãs: petulans: supbus: in supiores cõtumax: in æquos & pares fastidiosus: in inferiores crudelis: denique in omnes intolerabilis.

Xpolitio ẽ quũ in eodẽ loco manemus: & aliud atqꝫ aliud dice
e re uidemur: ut sapiens nullũ ꝓ repu. periculum uitabit. Et qm̃ omnia commoda a patria accepit nullum sibi incommodum pro ea graue ducet. Etenim uehementer est iniquum uitam quam a natura acceptam propter patriam conseruaueris: naturæ quum cogat reddere: patriæ quum coget non dare. Nullum itaqꝫ pro patria discrimen defugiendum est.

Ommoratio est quum in loco firmissimo quo tota cã cõtinet
c manet diutius: & eodẽ sæpius reditur. Veꝝ clarius id est q̃ ut exemplo ostendat.

Ontentio ē p quā cōtraria referunť. ut Vos huius incōmodis
c lugetis. iste reip. calamitate letatur.

Imilitudo ē oratio traducēs ad rē quāpiā aliquid ex re dispari si
s mile. Huius quidē tale exēplū sumať: Vt eni hyrūdines æstiuo tpe presto sūt: frigore uero depulsæ recedūt: Ita falsi amici sereno uitæ tpe presto sūt. simul atq; uero fortunæ hiemē uiderit: deuolant oēs.

Xēplū ē alicuius facti aut dicti pteriti cū certi auctoris nomine
e pposítio: Vt celebre eni plauti legisse me dictū memini. Si qs mutuū quid dederit fit p pprio perditū. Quū repetas inimicum amicum beneficio inuenis tuo.

Mago ē formæ cū forma quadam similitudine collatio: ut iste
i quotidie p fo᷑ mediū tanq̄ iubatus draco serpit: dētibus aduncis: aspectu rabido: querēs si quē forte inueniat quem oris sui impura aspergine aspergat.

Ffictio ē quū exprimiť & effingiť uerbis: corporis alicuius for
e ma. ut Hūc dico iudices rubrum: breuem: incuruum: canum: subcrispum: cesium.

Otatio est quū alicuius natura describiť certis signis q̄ sicuti no
n tæ q̄dā naturæ sūt attributa. Vt si uelis nō diuitē sed ostētatorē describere. Iste inqes iudices q se dici diuitē putat p̄cla᷑: primū uidete quo uultu uos itueať. Cū uero sinistra mētū subleuat: existimat se gēmæ nitore & auri splēdore aspectus oīum pstringere.

s Ermocinatio ē cū alicui psonæ sermo attribuiť. isq; cū rōe dignitatis expōiť: Vt cū urbs militibus redūdaret uenit iste cū sago gladio succīctus: qnq; hoīem adolescētes simili ornatu sequūť: irrupit i ædes subito: Vbi ē inquit beatus iste dn̄s ædiū: qd tacetis. Hic oēs cū tacerēt stupidi: Vxor illius infelicissimi cū maximo fletu ad pedes se illius obiecit. per te inquit & ea quæ tibi dulcissima sunt in uita: miserere nostri: fer māsuete fortunā. Nos quoq; fuimus beati: nosce te hoīem eē. At ille quin illū mihi datis ac uos auribus meis opplorare desinitis.

Onfirmatio ē cū aliqua quæ nō adest psona: cōfingiť q̄si adsit:
c aut quū res muta & informis: induciť eloquēs & formata: & ei oratio attribuiť ad dignitatē accōmodata: aut actio quædam hoc pacto. Si nūc. L. Brutus reuiuiscat & hic ante pedes uestros adsit. Nū hac uteť oratione: Ego reges eieci: uos tyrānos introducitis. Ego libertatē quæ nō erat peperi: uos partā seruare nō uultis.

Ignificatio ē res quæ plus in suspicione relinquit q̄ in oratione
s sit positū. Vt noli Saturnine nimiū popnli frequētia fretus eē: stultitiam nosce Gracchi.

Reuitas est res uerbis tm̄ modo necessariis expedita: Vt Lē
b nū preteriēs cepit: inde Tharsi presidiū reliquit: post urbē Bi

thiniã sustulit:Inde pulsus in hellespõtũ:statim potit̃ abido.

d Emõstratio ẽ quũ res ita uerbis exprimit̃ ut geri negocium & res ante oculos posita esse uideat̃:ut gracchi si quis ordine ob leges agrarias explicet necem.

h Isce quidẽ ornamẽtis orationẽ illustrari plurimũ Cicerone tra dẽte cognouimus.Cuius nos uestigiis inherẽtes: nõ aliter qui dem q̃ ab eo ꝑtractata sint ea repetere studuimus: dũmodo il lud tñ ꝓtestemur semꝑ.Nõ eo nos cõsilio hæc in presens opusculũ con gessisse:ut his epistolã illustrari debere cõtendamus:altioris enim ne gocii mox a principio eẽ ꝓdiximus:Sed ubi res locus personaq; exigãt Vbiq; eius rei aliquid epistolæ inserendũ foret:ut hoc ipso ita modere tur oratio:tanq̃ id inductũ aliunde:rerũq; dignitate exigente:ueluti ac cersitũ uideat̃.Sed qm̃ nulla id melius re q̃ exẽplis ostẽdi & xhiberiq; ua let:plerasq; nostras uariis in rebus familiaribus ĩ calce opis adiiciemus epistolas:ut eaꝝ xẽplo:id qđ precepimus facilius apparere possit. Li cet altiore eas q̃ decuerit fortasse stilo duximus plerũq;:tñ & in hoc rõ ꝑsonaꝝ reiq; quã describimus qualitas cõsiderãda uidet̃:quã a tenui ali quãdo simpliciq; figura dicẽdi subducere ornamẽtisq; aliquibus & exẽ plis illustrare studuimus.Ne:quod aiũt:uel humi serpat penitus:uel al tius q̃ liceat euolet atq; emergat.Veꝝ ad reliqua operis nostri ista pre libantes iam inde cõmodũ libereq; pergamus.

De punctis quibus epistola distinguitur.

i Nstituerã equidem posteaq̃ ea oĩa quæ epistolaris habitus exi git:affatim ut nobis uidebat̃: ꝑfecimus:ne calamus ulterius uaget̃:iam cõmodũ tandẽ receptui canere.Ne lectorẽ uel saci etate istis facilioribus:uel tedio ꝓlixioribus offenderemus.Nisi studio si quidã adolescẽtes:ut aliquid etiã de interpunctis his:quæ orationem distinguere solent:ꝑcipere:me ĩuitauissent.Mihi uero tametsi id haud difficile foret:ne uotis ipsoꝝ honestissimis obstrepe: temereq; me rei tã facili opponere ue im:quod animaduerterã:q̃tum ornatus his clau sulis distincta oratio:Epistolæ afferret: Nolui tñ in re tã modica usq; adeo me extendere:Vt sicuti pleriq; faciũt:qu res facillima difficilior uideat̃ id operis longius excrescere ꝑmitterẽ.Quin pocius eo modera mine uti ĩstitui:ut q̃ paucissimis uerbis singula definiẽs ea exẽplis post hac illustrioribus:facilitate qua maiore possim aperiã.Interpũcta itaq; principalia:quibus orationẽ distinguimus sex reperiunt̃ potissimũ.Su spensiuus:Coma:Colon:Periodon:Parenthesis & Interrogatiuus.Nã admiratiuũ & exclamatiuũ quẽ uocant:minime hac in re necessarium ducimus.Suspensiuus:quũ oretionẽ nõdũ cõpleto sensu:quietis gratia tenui quadã nota ueluti incidimus:Sic:Arma.Coma uero:quod incisi onẽ appellãt latini:quũ sensus quidẽ cõpletus ẽ:sed tñ aliquid adhuc ad

eius pfectionē expolcit. Vt Arma uirūq cano: gemino annotatū pun
cto hoc mō: Colon qđ mēbrū latini dicūt: qn perfectā oratiōis alicuius
plene cōpleuimus sententiā: simplici id in fine clausulæ puncto annotā
tes: ut Arma uirūq cano: troiæ qui primus ab oris: Italiam fato pfugus:
lauinaq uenit littora. Periodon uero quod circūductū uel continuatio
nem nostri appellāt: qn nō mō sensus pfectus ē. Sed sermo post hūc ali
us inchoari uidet: post orationē cōpletā inferiore lineæ parte: hæc enī
differt a colo: simplici similiter puncto figuratū. Vt multū ille & terris
iactatus & alto ui superū & seuæ memorē iunonis ob irā. Sequit enim.
Multa quoq & bello passus &c. Parēthesis ubi īperfectæ oratiōi alia di
uersa īterponit oratio: duabus semilunulis sibi inuicē rñdentibus. Vt
nūc etiā īterpres diuū ioue missus ab ipso: testor utrūq caput: celeres
mādata p auras detulit. Interrogatiuus ubi orationē interrogādo suspē
dimus. Vt tante ne animis celestibus iræ? hūc quidē tali nota pingētes?
Verū id ppetua oratiōe: eo quē posuimus ordīe. Huiusmodi quidē exē
plo facile annotauimus. Scio plerosq hoc meū īstitutū reprehēsuros at
q id rē uulgatissimā cēseāt. Quibus ego tātisp qdē cōcessero: nolo enī
duriore mō sermōe uti: dū pstātius aliud īueniāt ipsi. An enī tā felicis ī
genii quisq repertus ē qui emulis caruerit unq. Sed & hæc sicuti plera
q oīa: usus ipse: qui ut Cicero ait: oīum magistrorū pcepta superat: cōti
nuaq scripti exercitatio copiosissime præstiterit.

De Inscriptionibus

i Nscriptiōes porro ne cōsuetā hoīum eruditissimorū formulā
excedāt: cauebimus diligētissime. Ne ue solito festiuiores īue
niant: ut pote si scribamus Scientiarū flosculis redimito: Aut
parnaseis liquoribus delibuto. Vel Apollinei noueniq Thespiadū cho
ri cultori. Quæ oīa īerudutioris æui uitia introduxere. Quāto simpli-
cius grauiusq latini uetustiores. M. T. C. Bruto Imperatori. S. Seruius
Sulpicius Ciceroni. S. Noībus ipsorū: eorū ad quos scribebāt noīa subii
ciētes: Ne uel in hoc barbarū eorū morē imitari uideamur: qui maiorū
noīa: honoris gratia ipsorū noībus pponi debere cōtēdūt. Quod neq
græca neq latina cōsuetudine obseruatū inuenias usq. Anacharsis Sci-
tha Ammonii regi scribēs: Ciceronis testimonio: suū pretulit nomen.
Alexāder rex macedonū Olympiadi matri. Quod & Cice. oibus in lo
cis obseruauisse perspicitur: ut recentiorem eruditissimorum consue-
tudinem prætereamus.

p Osteaq uero iam ad epistolæ calcē puentū fuerit: non erit etiā
alienū pro affectu scribētis: Vale: aut simile eius aliquid attexe
re: ut Vale mi Cicero: uel Fac ualeas: uel Cura mi Cicero ut ua
leas meq ames. Tūq loci etiā ex quo epistolā mittas: cū diei qua eam
scripsisti & anni significatione adiungere. Vt ex olomunz: Idibus sptē-

bris. Anni christi dñi. M.cccc.xciiii.. hæc eni & epistolá cludũt pulcherrime: & ei cui scribit ré oém ita sicuti negociũ exigit planissime subiiciunt. Veꝝ ad epistolas quæ oĩbus his quæ præcepimus exéplo fuerĩt: id quod polliciti sumus: iam tandé pergamus.

AVG. MORA. Olom. Andreæ Stiborio Auunculo suo. S.

e Xigit a me pietas humanitasq; tua Andrea stibori amice bñficétissime: Vt si qd unq̃ ex eo quátulũq; in me ĩgenii é elaboratũ effluxerit: Nõ nisi noĩe tuo ĩsignitũ emanet adeo ut quũ diebus supioribus opusculũ quoddá cõponédaꝝ epistolaꝝ excudissé: Nephas mihi duceré: nisi id gratitudinis erga te meæ significationé aliquá præstaret. Tot enim tátaq; tua in me sũt collata beneficia: ut in eis uel recésendis: unde mihi ordiédũ sit potissimũ: difficile inueniá. Nam si a puero tenerisq; annis incipere uolo. Tu uagiété adhuc: quũ patré meũ optimũ atq; integerrimũ uiꝝ nõdũ in lucé editus amisissé: primis illis ĩfanciæ crepũdiis ornasti: Nihil ĩ me prætermittés: qđ boni parentis cura solicitudoq; prestare potuisset: Hinc orbitatis meæ motus inuidia. Illinc uero quũ aduersis quibusdá post recés funus: uix dũ natus ĩpeterer: ĩpotétis & infantiæ misericordia cõmotus. Qui ét ne maternis deliciis defflueré: quæ orbitaté suá hoc uno sibi supstite solacio cõsolabat: plus æquo teneræ illi ætati meæ ĩdulgés: abstrahédũ potius arbitratus es: q̃ huiusmodi deliciis asuescés oém deinceps uitá turpi ocio: mollisq; uitæ cõsuetudine traduceré. In ea me apud te uitæ cõtinẽtia: Moꝝ sanctimonia: Bonaꝝq; artiũ exercitatione assidua ĩstitués: ut oé qđ ĩgenio uel doctrina assecutus sũ: id totũ tibi uni se debere fateat. Qui ubi etiá ad id æui me perductũ uideres ĩ quo uberiores iá ĩgenii fructus colligere possem. Nõ cõtétus me Cracouiése gymnasiũ adiisse in quo philosophiæ penetralia pciperé. Nisi patauiũ etiá oĩum bonaꝝ artiũ paréte adiré: q̃uis difficile paterere me abs te diuelli: rei tñ fructũ cõsiderás tibi ipsi iniuriá inferre maluisti: quo ista mea ꝑfectione: mihi ꝓspectũ iri sentires. Quis igitur ingratitudinem meam nõ arguat? Quis ue nõ increpet iure: si quantulũcunq; id sit quod inde hauserim: tibi nõ imputem primũ? qui mihi & parétis fueris loco: Munusq; in me oé quod amicissimus quisq; solet: liberalissime cõtuleris. Itaq; inter cætera gratitudinis meæ monuméta: & istud etiá qualecũq; sit libelli amice beneficentissime acceperis. Nõ quidé quod id ꝓfessione tua istaq; ætate dignũ existimem: Sed ut eo obseruátiæ meæ in te debitũ declarem. Qui ne uulgaria quidé ista emittere soleá: quin ea noĩs tui argumento ueluti impresso: imprimis exorné. Tanto fortasse diuturniora futura: q̃to uirtutes tuæ ĩmortalibus tituli: æuũ sibi longius despõdeát. Vale.

AVG. MORA. Olom. Illustri Viro
Ioanni Tuccio Pannonio. S.

u Esse ea mihi aliqñ occasio daret:ut p humanitate tua: & amore erga me tuo:quo me incognitũ tibi ante amplecti dignatus es:te mihi officio aliquo demereri possem: Vt qđ animus meus iãdudũ tibi prestitit:id opera etiã aliqua nostra sentires: Maxime uero q paucula ea cõsuetudine nostra is mihi sis uisus:in quo & prudẽtiã incredibilẽ Admirabilem cõstantiã:singularẽq eruditionẽ & quasi domiciliũ quoddã uirtutũ oĩum suspicere possimus: Vt gloriari iure possim:talis me ac tãti uiri familiaritatẽ assecutũ fuisse: ex quo testimoniũ mihi nõ mediocre laudis accrescere possit. Quom in amicitiã tuam neminẽ admittere cõsueueris facile:nisi hũc uel uitæ integritas uel moꝝ sanctitas:uel eruditiõis pstantia cõmendet tibi atq cõciliet. Ea sane & uera ẽ & scã amicitia & quã nõ illi nobis passim obuii ex Spheriterio: ut ille dicebat:& fritillo offerũt. Sed quã uel moꝝ similitudo bonoꝝ cõflauit:uel officii alicuius meritũ cõduxit. quoꝝ qdẽ licet i me neutrũ cognoscã:quo me .s. amicitia tua dignũ existĩare possẽ: tãto me tñ plus tibi debere perspicio:quo me ea dignũ iudicauisti. Itaq quũ mecũ ipse reuoluerẽ:quod nã gratitudinis meæ erga me testimoniũ mõ ostẽdere debeã:incidit tandẽ:qm̃ te lucubraciũculaꝝ nostraꝝ lectiõe libẽter detineri aiebas:ut dialogũ meũ in quo poeticæ defensionẽ suscepi tibi uiro grauissimo eruditissimoq trãsmitterẽ: Vt quũ grauioribus illis studiis tuis defatigarere:ad hæc etiã nostra ut pote tractabiliora animum remitteres. Nã est aliqs:ac nescio an maximus:inquit Quintilianus:ex secretis studiis fructus:tũq pura & sincera uoluptas litteraꝝ capit :cũ actu .i. opere recesserũt:& grata sui cõtemplatione fruunt. Sed neq qc q̃ reperit usq̃ qđ animũ ægritudine aliqua pssum efficacius leuet:lectionis uarietate:quæ quidẽ q̃to magis reꝝ nouitate cõditur:tanto efficacius animũ ab his quæ nos excruciãt & uexãt:abducit. In quo cõsilium tuũ sapientissimũ nõ pbare sane uehemẽtissime nõ potui. Quod inter eas fortunæ tuæ procellas:in ociũ te litterariũ cõferre uolueris:sciens nihil eẽ prestabilius uel in secũdis uel aduersis rebus:ipsa litteraꝝ fruge illic ne nimiũ elati pluſq̃ deceat insolescamus:hic ne aduersis fracti deficiamus. Quãuis quis te infractior? quis cõstantior inueniat? Qui ad præsentẽ fortunæ tuæ uultũ ita te cõponere ualueris:ut nulla ne minima quidẽ tristitiæ nota:in te uideri obseruariq potuerit. Quẽadmodũ eni:ut pclare Seneca inquit:tot amnes supnæ deiectoꝝ hymbriũ: tãta q mediterraneoꝝ uis fortiũ:nõ mutãt saporẽ maris:sed ne remittunt quidẽ:ita aduersaꝝ impetus reꝝ:uiri fortis animũ nunq̃ remittũt. Est eni oĩbus externis potẽtior. Oẽq qcq̃d euenit in suũ colorẽ trahit. Et Cato ille uticensis. Licet inquit oĩa in unius cõditionẽ cõcesserint: Custodiant legiõibus terræ:classibus maria :& Cesarianus portas miles obsideat:Cato qua exeat habet. Fac igit uir præclarissime eas uigilias

nostras ita lectites: Vt hæ grauioribus studiis tuis: quibus fortunã tuã cõtinue moderari nõ desistis: tanq̃ pedissequæ intercurrãt. Teq; animi nostri deuotissime admoneant: Vt q tibi mõ alio gratitudinis obsequio occurrere nõ possumus: hoc nos tibi saltẽ litteraꝝ cõmertio interim insinuemus. Vale meq; tibi deditissimũ persuade.

Aug. Mora. Olom. Cristophoro Baroni de Losenstein. S.

q Vum ad me nuper ex gymnasio ferrariẽsi diuerteres: idq; operis apud me euolueres: qđ succisiuis horis de rõne scribẽdaꝝ epistolaꝝ familiariũ nuper excudissem: familiariter mecũ uti assoles. Quũ tibi & ociũ suppetat inquis. Hæcq; quæ nullius artificii censes tã facile successerũt. Cur nõ addis aliquid de rõne dicẽdi? Quũ nõ minus mõ plerosq; orationibus abuti uideas: q̃ epistolis. Ego uero qui te plurimi feci semp ob eã maxime quæ inter nos fuit in gymnasio patauino cõsuetudinẽ. Ne forte me id laboris temere defugisse arbitreris: qđ mihi tũ ĩponere uidebare: excusandũ me tibi modo nõ iniuria duxi. Pariter etiã: ne quũ cæteros quibus cũ mihi aliqua familiaritas fuit: singulis epistolis impartiuerim: te quẽ nõ amaui solũ: sed etiã colui uidear præterisse. Nosti scilicet mi Cristophore: quantũ mihi studiũ fuerit excolẽdæ orationis latinæ: quãq; uulgacioribus illis magistroꝝ grãmaticæ ꝑceptionibus spretis: semp ad palmã cõtẽderim: Quã indefessã deniq; operã: scribẽdo semp aliquid impẽderim. Vel ea maxime Quintiliani sentẽtia excitatus: qua oratorẽ pfectũ instituẽs: ꝑcipit: & q̃plurimũ: & q̃diligẽtissime scribendum. Illic radices: illic fundamẽta eẽ dictitãs: Illic opes uelut sanctiore quodã sacrario reconditas: unde ad subitos quoq; casus: quũ res exigat ꝓferant᷑. Et quod apud. M. T. C. legerã. Stilũ optimũ effectorẽ ac magistꝝ dicẽdi. Veꝝ quũ mecũ ipse post reputo: hominũ impudẽtissimoꝝ quorũdã inerciã: in quoꝝ manus hæc nr̃a qn̄q; ꝑuenient. Nõ potui nõ subuereri: ne id qđ instituendæ iuuẽtuti honestissimis rõnibus motus aggressus sim: dũ tantã quorundã uideã barbariẽ magis id criminis mihi parituꝝ sit q̃ laudis. Audio enim iã opicos illos exotici nescio quid trutinãtes cõtẽnere si quid eruditius effluxit. Ceratinas illas crocodillinasq;: quas Fabius appellat: rotãtes argutias. Implicare se suis met rationibus. Egre enũciandis uerbis se torquere: Suffultantẽq; quandã uerboꝝ reddere apocopẽ. Iã in iuriscõsultoꝝ descẽdere scolas. Sacraꝝ scripturaꝝ mystica queq; se explicaturos iactare. Cedunt grãmatici. Vincunt᷑ rhetores: oĩs turba tacet: nec causidicus nec ꝑco loquat᷑. Qui quũ ætatẽ oẽm in cursu asini: disputatione Socratis triuialibusq; ludis cõtriuerint: doctissimis quibusq; balbuciẽtes ac stupidi: sese opponere minime formidãt. Atq; eaꝝ reꝝ se peritos ꝓfiteri: quas ne ꝓpriis quidẽ noĩbus enũciare sciũt. Sed quid ẽ ut id in paucis quibusdã detestemur: quũ uideamus hãc pestẽ oĩa pene gymnasia illa nostra

tia occupare. Nilq̃ in his ꝑter manes quasdā captiũculas tradi: Hieronymũ uero: Augustinũ: Tertullianũ: Lactantiũ: Ciprianũ: Eusebiũ: Liuium deniq̃ Pliniũ: Ciceronem: Vergilium: Ouidium: ceu aliena lingua loquutos: præ illis quos interpretant: nolo enim eoꝝ nominibus labem aliquā his scriptis obducere: ita cõtemni ut eoꝝ nomina in tāta barbariæ difficile agnoscere possis. O pueriles ineptias ut cũ Seneca dicere possim. Mus syllaba ē: Mus aũt caseũ rodit: Syllaba ergo caseũ rodit: in hoc supercilia subducimus: in hoc barbam demisimus. Hoc ē qđ tristes docemus & pallidi. Taceo iuriscõsultos æui nostri: ne ꝓfessioni meæ uidear detraxisse: quoꝝ nõ minoré inertiā uidere licet: cum ĩ plerisq̃ multis: tum in his quas glossas uocāt euoluendis ac explicandis: ut magnopere dolendũ sit: præclara qñq̃ ingenia frigidis quibusdā quæstiunculis occupata: a graui illa ueteꝝ iurisconsultoꝝ maiestate abduci. Nõ miraberis igitur mi Cristophore: si a calore illo quo superioribus scriptis incalueram: cũ occupationibus meis uariis: tũ Corybantharũ istoꝝ calumnias ueritus: intepuerim aliquantisper: honestissimoq̃ studio tuo: ita sicuti uolebas nõ satisfecerim. Nosti q̃ tenax amicitiæ sim: præsertim bonoꝝ: tuiq̃ potissimũ qué præter generosam nataliũ dignitatem: ingenui etiam mores nobilitāt. Quod igitur his rationibus motus: præstare modo non ualui: id quum liberius ocium nactus fuero. Musisq̃ meis: omni barbariæ contempta: me reddidero: expectabis. Vale.

AVG. Mora. CASSANdræ Fideli Venetæ: Virgini pudicissimæ. S.

INgratus omnino iudicandus sim Cassandra pudicissima: si luculenta & exuberanti oratione tua exornatus memorem me tui nõ præstiterim. Cũq̃ singuloꝝ passim præconiis celebreris aliquid etiā ad cumulum nõ adiecerim. Quāuis quod mihi ingenium? Quæ litteratura? Quod exquisitus orationis filũ? quod tantis tuis dotibus: huic excultæ ac omniũ disciplinaꝝ genere referte eloquétiæ: satisfacere se posse confidat? ut nõ ante concidat sub onere q̃ uel aliquotā eius parté nõ dico adæquet: sed ne digne attingat quidé. Quid ení orationis tuæ redundantiā: leporé: suauitatéq̃ cõmemoro? nõne id diuina quadā in te uirtute relucet: totius te philosophiæ peritia usq̃ adeo emersisse: ut in abditissima quæq̃ philosophoꝝ sensa uiuaci igenio tuo penetraueris: Non dialectices argutias: nõ poeticæ uaria abstrusaq̃ inuolucra præterieris: quin tam præsenti in singula oratiõe descédas: tāq̃ cuilibet rei nata: eaq̃ enutrita uiderere: hinc tot de te doctissimoꝝ uiroꝝ ꝓconia: hĩc ad ædes tuas tanq̃ ad peculiare aliquod uirtutũ studiorũq̃ sacellũ quotidiana cõciliabula uisunt: nec ē quisq̃ ex oĩ iuuétute ueneta: qui se tuo cõtubernio doctioré euasisse nõ iactet. Cessent igit cessent inquā: quæ uel de Corĩna: Hortésia: Carixena: Praxillaq̃ iactātur:

quæ singulari aliquo studiorum genere effloruerũt. Nos Cassandram nostrã in oĩ disciplinarum alea: oĩ cũ antiquitate cõferemus. Illæ citra notam ꝓstratæ pudicitiæ nõ fuerũt: hæc uel Sulpitiã uel Claudiã: pudicitia & integritate anteierit. Sed nimis fortasse: & q̃ epistolaris rõ ꝑmittit Cassãdra facũdissima euagamur: dũ aĩ nr̃i erga te uirtutẽ testificatã tibi efficere adnitimur: Instituerã id quidẽ mox ut abs te digressus patauiũ redieram: Verum cõtentiones meæ lr̃ariæ: hoc mihi in te studiũ aliquãtisp inuidere. Vnde cũ aliquãtula intermissio studiis nr̃is intercessit: id mõ de me ad sũmã cognoueris uelim: eũ me eẽ qui fide aĩ uirtute: te mirifice obseruẽ: tibiq; quãtulũcunq; in me sit ingenii: & uiriũ: ob ĩcredibilẽ uirtutẽ tuã deferã: quo me proprio quodam iure uti possis: Vale ætatis nostræ delicium.

AVG Mora. Olom. Philippo Beroaldo Bononiensi. S. P.

m Iraberis scio philippe Beroalde uir eruditissime & ad primum mox litterarum mearum cõspectũ dices. Quid sit ꝙ antehac tibi incognitus: familiaribus his tecũ agere incipiã: moxq; quẽ nullo mihi officio demerui: talibus de rebus cõsulere audeã: quæ & non mediocrem operam exposcãt: quæq; delio aliquo: ut dici solet: indigeant narratore. Verum quũ cõsilii mei rõnem nõ grauate admiseris: facile etiã nõ dubito patieris id officii abs te requiri: in quo nõ cõem tãtũmodo causam suscipias. i. studiosorum: sed multorum usq; in hæc tpa: errori & pertinatiæ ualidius: uti assoles: reluctẽris atq; occurras. Sed quorsũ ista inq es: inciderã nuꝑ uir eruditissime in Proptianos illos cõmentarios tuos atq; eas annotatiões: quas magnifici Vdalrici Rosẽsis auspiciis: quadrienniũ añ cõcinnatas: Eas ꝓ mea cõsuetudine quũ semel atq; iterum expẽdissem: gratulari mox mihiipsi cepi & qdem uehemẽtissime: eã me potissimũ ætatẽ incidisse in qua tãta iã optimorum ingeniorum copia redũdaret: ut quæ lõga tẽporum negligẽtia obsoluerãt: ad pristinũ iterum cãdorẽ & maiestatẽ reuiuiscãt. Cui enĩ: ut alios taceã: nõ sũmæ admirationi & stupori quodãmõ existere debeat hoĩem quotidianis exercitationibus districtũ: tot obiter difficillima enigmata: fetura uix dũ mẽstrua absoluere ualuisse: tãta lectissimorum uerborum obseruãtia: tãtoq; & totiugo eruditissimorum scriptorum testimonio: ut nõ temere alicui tot & talia eo interuallo recẽsere: ne dũ ĩuenire eligereq; potis sit. Laudat Quin. ĩ cæsare calorẽ: acumẽ ĩ Sulpicio: memoriã ĩ Temistocle: in Secũdo elegãtiã. qs hæc ĩ Beroaldo nr̃o cumolatius nõ admirabit̃: hoc potissimũ sæculo tã q̃ defecto: & in quo rudis barbaries omne id quicqd erat latini splendoris iam pene occupauerit. Visus es mihi tamen: ut ab id a quo paulo digressus sum reuertar: dum in aliis non segniter elaborasses. in Tranquillo scriptore grauissimo minus q̃ res ipsa ferret egisse: dum

luculētissimā eius historiam: seu uitas dicere mauis: tot ubiq; mēdis oc cupatā: totq; reconditis sensibus implicitā cognosceres. At tumultuari us inquit is sermo erat & perinde ut cuiuslibet loci in mentem uenerat indistincta interpretatio: Scio id uir eruditissime. Atq; ab eo liberius tete cōpellādi occasionē accipio quū te scilicet uindicande romanæ elo cutionis alioq uin & tanq̄ ex ꝓfesso studiosissimū hoc tanq̄ officio de/ sultorio iteꝝ excitare contendam: maxime uero qđ & ipse in hanc sen tentiam nullo impulsore: sed ꝓprio ut aiunt marte descendas: unde & e re nostra: immo studiosoꝝ omniū feceris: Philippe Berualde uir litte ratissime si id quod sparsa recognoscēdoꝝ libroꝝ īdustria maxīa cum laude suscepisti: id nūc in unū ēt tranquillū cōferas eūq; tot undiq; men dis occupatū uides: pristinæ denuo luci integritatiq; restituas. Scio qđ Calphurnius noster in eo enarrādo nobis attulerit nuper: absq; cōtro uersia cōsumatissimus: & quem ætatis nostræ Varronē iure appellare possemus: nō inutile tñ fuerit: Si illius & ipse rōnibus: quod nō dubito: accedens & in eandem causam quodāmodo cōspirans: Vanam & te/ merariam alioꝝ opinionem: impetu facto ualidius deuincas: quo nihil melius nihil sanctius: nihil deniq; cōmuni utilitati conducibilius effici pōt. hæc una omnium uota existimes: has singuloꝝ contentiones: ut q instituendæ iuuentuti tantopere insudas: in hoc uno etiam studiosoꝝ desideria non negligas. Vale uir eruditissime. Ex Gymnasio patauino:

Aug. Mora. Olc m. Ioanni Oppauiensi Senatori Optimo. S.

n On intermissione aliqua beniuolentiæ & amoris nostri acci/ disse existimes uelim: aliquandiu nullas me litteras ad te dedis se. Quin id aut occupationi meæ litterariæ: uel eoꝝ potius: quibus eas tute cōmittere possim raritati raritati ascripseris. Amo siq dem te: ita me dii ament: ingenue. Vel ex eo potissimū tēpoꝝ quo sin/ gulari humanitate tua: in amicoꝝ tuoꝝ numeꝝ me quoq; ascribere uo lueris. Gaudereq; intra me soleo uehemētissime. talem te mihi hoīem quasi diuinitus destinatū: quo cū studia mea post exactos tyrocinii mei labores libere cōmittere possim. Vbiq; musis meis tanq̄ hospitale do miciliū quoddā daret: Vt qui in rudi illa barbarie mihi solus occuras: q musis faueas: & qui ut Satyrus dicebat: dignus uenias hederis & ima/ gine macra. Vereor tñ plurimū mi Ioannes ne conatus hosce meos lit terarios: immaturior q̄ uellē mihi reditus eripiat dū uaradiensem An/ tistitē: nihil eoꝝ q̄ speraram: & quorum tute mihi litteris tuis mihi fi/ duciam dederas implesse cognorim. Nunc ut dicitur religioni diui frā cisci: quam aiunt: multis in eandem sententiam ascitis se mancipauit: Inter quos quum Ioannem etiam nostrum medicinæ doctorem eē au direm contineri non ualui quin eius rei mox ad te carmen emitterem

Dii boni. Quid enī religio isthec tot taliūq̧ uiro℞ mihi ammiratiōis incusserat. Quæ oia quidem si recte expēdere uelimus: quid nobis aliud quæso: q̄ re℞ humana℞ īstabilitatē & uarias in his dominātis fortunæ uices subiiciūt? Vt sapientissime simul & grauissime mihi Pindarus ille scripsisse uideať. Spes uir℞ sursum simul & deorsū Multa iactantes celeri ferunť orbe uersatæ. Probat id: quod horæ nemo uēturā potuit deo℞ nosse fortunā. Quoniam futuri ceca mens nobis hominiq̧ multa preter optatum tulit ipse casus. Nanq̧ quis non uehementius obstupescat: quū alte℞ summis honoribus perfunctū & cui totius regni nostri summa credita fuerat ita repēte immutatū audiuerit. Alte℞ autem a re uxoria in perpetuū hūc celibatū diuertisse. Sed familiare id ē ut boni uiri fortunæ ludibriis iactenť: Nō affero. C. Marium. CN. Pompeiū M. T. Ciceronē. Nanq̧ eius rei ipse nobis exemplum euidentissimum exhibuisti. Qui anno exacto cōiuge pulcherrima: tibiq̧ supra modum morigera immaturo funere priuatus: hāc in te fortunæ inclementiam sensisti. Doleo tñ id ad me tardius aliquantisper perlatum anteq̄ nouos te hymeneos celebrasse audieram. Nihilo tamen secius libuit grauem illam iacturam tuam uersiculis quibusdā cōmittere nō quo his uetera illa uulnera recrudescam. Noui enim animi tui constantiam & uirtutem Sed quo officio initæq̧ familiaritati nostræ aliqua ex parte resepndeā Tu eos qualescunq̧ sunt perlegeris oro: mendasq̧ si quas offendas aut lima tua eraseris. Aut quod Quintilius Varus solebat: Male tornatos uersus incudi denuo restitui iusseris. Vale.

AVG. MORA. Olom. Nicolao de Briga Custodi & Canonico Vratislauiensi

q Vod mihi munus iniunxisti: ea diligentia obire conatus sū: ut maiore non potuerim: cum ob amplissima tua ī me beneficia: tum quod regiæ maiestatis ea res erat: Cuius nominis ita me studiosū nosti: ut nihil apud me sit antiquiuś: nihil iocūdius q̄ maiestatis ipsius gloriam non uerbis solum præsentibus exornare: sed litterarum etiam monumentis: posteritatiq̧ contradere. Quod eo principe nostro nihil religiosius: nihilq̧ sanctius inueniatur. Vt quod de Tito olim ab Trāquillo proditum est: eum delitias generis humani merito appellare possimus. Reliquum est igitur eas operas nostras: ita cum exemplari illo tuo conferas. Vt quoad fieri poterit & ommissa suppleas: & falso inuersa: uel immutes: uel omnino etiam expungas: gratius enī maiestati regiæ id erit si ei rem integram quam uel mancam uel corruptā subiicias: Tum Augustini tui apud eandem regiam maiestatem ita partes suscipies: ut ad beneficio℞ tuo℞ cumulum: ex hoc etiā se tibi plurimum debere fateatur: Vale meq̧ sicuti soles ama.

D

AVGV.Mor.Olom. Volfgango De Tannebergo

q Vamprimum laurentium nostrum hic adesse audieram mox omnibus omissis: & his etiam quae me nuper aggressum fuisse nosti opusculis: eum uacuum ad te litterarum redire nolui: Quin communis te consilii nostri quod una inter Symposia iniuimus: nam tum forte cenabamus: te redderem certiorem Subierat enim quod quom neque henricus neque hieronymus: ferrariam uidisset unque nuncque calores instent solito molestiores intra has studiosorum ferias: tamquam secessum aliquem ameniorem ferrariam peteremus. Quom nundinae diui Antonii praeterquam sperraremus propinquiores consilium id nostrum communemque consensum: non absque molestia quadam comparendinarint: Vtque id ipsum in aliud commodius tempus ablegaremus: inuitos pene cogerit Non ommittemus tamen: qui his transactis: id quam primum effecerimus nisi uel infestior deus: uel casus: quod nolimus: grauior aliquis: nos inuitos iterum retineat. Tu pro familiaritate nostra benigne quod speramus nos excipies hospites: ut nosti: edacissimos & qui totum: sicuti aiunt uelint & merum. Vale & Christophorum Vulcanumque nostrum plurima salute imperti. Pata. vii. Iunii. M.cccc.xciiii.

AVG. MORA. Olom. Nicolao
Basileo Tergestino. S. P.

q Vantum te desiderem per haec absentiae tuae tempora mi Nicolae: tuipse coniicere potes optime: qui consuetudine tua nihil mihi iucundius nosti: Quod ea sicuti temere inita non est: ita honestissime semper: paribusque studiis coaluit: Vtpote qui nullum fere diem praetermiserimus: quem non philosophando semper aliquid: grato ocio deduceremus: Non sine plurimo sale: consuetudineque familiari: ac domestica prope. Verum quoniam ea fata incidisti ut a dulcissima litterarum consuetudine in odiosas semper rabularum conceetationes pertrabare: Cogor quidem absentiae tuae perferre desiderium: sed ita tamen: Vt quoad eius fieri ualeat: his te quam primnm contentionibus & iurgiis expedias: Teque ocio nostro litterario sicuti antehac solebas: restituas. Inuenies apud me: quod mirabere: tam breui concinnatos amatorios elegos complures & eos quidem molliores quam uel stoica illa grauitas nostra: quam prioribus scriptis impendimus: uel supercilium tuum ferre possit: Sed habet etiam sua castra cupido: Neque uicio datum est unquam Iuuenibus praesertim sub cupidineo etiam papilione militare: quo ne uiros quidem grauissimos exortes fuisse inuenimus. Cur enim uel Iouem: uel herculem uel Chorebum Migdonidem: Pirithoum etiam uel Achillem amatores

nobis obiicerent poetæ? Nisi ut ostendant uiros etiã fortissimos: quos uel deos uel semideos aiunt. his quandoq; motibus & quidem uehemẽtissimis urgeri: Perpaucosq; inueniri qui Veneris stipendia non subeãt Quid plura Seria miref uulgus: mihi flauus apollo: Pocula castalia plena ministret aqua: Sustineamq; coma metuentem frigora myrtũ Atq; a sollicito multus amante legar. Tu quod pollicerís primo quoq; tpe pore redito. Ego tibi iterim cenã parauero uiaticam. Vale mi Nicolae ex patauino gymnasio pridie idus Ianuarii. Mcccc.xciiii.

AVG. Mora. Olom. Cristophoro Parthenio. S.P.

n Escio q̃ res te tandiu uenetiis cõtineant: Nisi fortasse illic forum aleatoriũ calefeceris. Atq; ut Persius ait Scire sit i uoto qd dexter senio ferret: & dãnosa canicula quantũ radat: angustæ collo nõ fallier orcæ. Quũ iterea tñ nobis nouarum rerum aliquid impartiri possis. Verum tanta fortasse tibi fortunæ clementia arrisit: ut dulci fortuna ebrius: nullam omnino de nobis denuo curam admittas. Vnde & ommittere non ualui quin taciturnitatem hanc tuam in primis reprehenderem. Teq; uel nolentem quo aliquid ad nos scriberes adigerem. Audio illic etiam Georgium Herbordum Augustensem adesse. Quod si certo cognoscerem: & eum quoq; taciturnitatis diuturnioris accusarem: Nisi fortasse Amyclarum institutum delegit: qui tamen taciturnitate periisse produntur. Ex quo & illud Lucilii repetitur: Mihi loqui necesse ẽ. Nam scio Amyclas tacẽdo periisse: Sed iocor ut soleo. Tu quãdo uenturus sis perscribe. Vt quum ueneris cena tibi parata sit uiatica Vale.

AVGV. MORA. OLOM. KILIANO SVO. S.

q Vod post nauigationis tedium quod maritimo itinere ppessus es: mox de conditione status tui: quum nondũ probe conquieras: me edocueris: declarasti non obscure mi kiliane: & quantum Augustinum tuum ames: & qua affectione amicitiam hanc nostram perpetuam fore desideres. Ego uero quum litteris tuis simile aliquid ad te perscribere uellem: quo scilicet uicissim statum meum cognosceres: cuius te percupidum noui. Temporis tamen conditio: quum mihi scilicet eo die quo ista tractarem domicilium mutandum foret: quumq; inopinatus tabellionis huius mihi digressus nunciaretur: id meum in te mihi studium non absq; magna animi perturbatione inuidit. Nolui tamen committere is a me uacuus discederet. Verum pro temporis angustia qualecũq; id esset quod menti subiret: tibi interim perscribere animum induxi. Vt uel rei qualitas quam descripturus sum: Cõtractionis huius epistolæ damna rependeret. Gratulor pluri-

mũ mi Kiliane eas quibus indignissime apud nos premebaris procellas aliquãtulũ te supauisse. Superauisse ĩquã cũ te p̃sentes præ illis quas patauii perpeciebaris: æquiore animo ferre intelligam. Eoq3 loci te diuersari non parum me hercule letor: Vbi & bene tibi sit: Vbiq3 amplissimam litterarum frugem pro ingenii tui dexteritate consequi possis. Neq3 enim est ut de translacta fortuna tua nimium querare. Quæ te uẽtilauit aliquantisper & excribrauit: quo scilicet muneribus posthac ipsius letius perfruerere & pacientiæ tuæ exemplum: non iniocunda aliquando tibi recordatione reduceres. Maxime uero quum me non inferiore etiam sorte aliquãdiu iactatum perspexeris: non minoraq3 iam inde a sex fere mensibus perpessum. Sed ut tibi post tot tempestates: benignius sydus affulsit: ita mihi quoq3 non iniocunda sane sors post duram illam qnam nosti obuenit: quam te pro amicitia nostra: quum audies: breui enim Bononiæ te conueniam: ita laturum spero: atq3 ea rebus tuis propriis incidisset. Sed quid hæc ad me inquies fortasse: nẽpe ut tibi persuadeas Augustinum tuum in quacunq3 fortunæ parte fuerit tibi deditissimum fore. Neq3 curare aliud q̃ officio aliquo pro mutua beniuolentia nostra gratificari tibi possit. Talis enim est amicitia nostra: Vt sicuti ea temere inita non est: ita hanc perpetuam fore sperem. Quam etiam ut cumulatiorem efficias de omni statu tuo ita sicuti cepisti me edocebis: Vt secundum Vergilianum illud absentẽ absens audiat uideatq3. Vale.

AVG. MORA. OLOM. H. N. S.

n On conueniebat ad me præsertim quem tui amantissimum noras: excusationem aliquam litteris tuis afferre: tãquam scilicet in digressu tuo maius quiddam q̃ quod præstiteras desiderauisse me existimes. Cognita siquidem mihi erat animi tui magnitudo. Perspectum satis superq3 Ingenium: Grauitas: Eruditio Consilium: Quibus etiam effectum est: ut ea qua salutatis nobis usus es modestia: non secus atq3 longa oratione aliqua detineremur. Quin eã mihi pocius ignauiam obiecisses: qua te dum ita: ut scribis: animo fractus digredereris: e re nata oratione aliqua: non confirmauerim: erexerim: excitauerim: Sed oblitus eius qnorsum res ista tã desperata euaderet: mussitarem. Cuius te etiam uel particulam aliquam ad me non præscripsisse miror. Vtcunq3 sit litteras tuas perlibenter accepi: libentissime legi: Quibus ni il grauius nihil amicius: nihil orationi Tullianæ proximius inueniebamus: Vt nobis iam bene sperare liceat: per te lumen aliquod orationis Romanæ Germaniæ inferri: ut quæ inter ua

ria quædam logice phantasmata: quæ Aristochius aranearum telis per similia existimat: ut pote quæ ingenii multū: firmitudinis uero parum habeant: ætatem omnem contriuerat: nunc iis pocius studiis: quibus ad bene beateq́ uiuendum instruimur: operam suam nauabit. Sed hæc alias. Eas quas petis iuectiuuas ita ut uolueras per Martinum nostrum accipies. Cuius etiam repentinus digressus: me his litteris breuiorem q̄ uol bā effecit. Tu si quod uoles præterea: litteris aliis quas frequentiores discupio mihi impones. Tam diligenter omnia obiturus sū: quā qui libentissime.

AVG. MORA. OLOM. GEORGIO DE Hyrenheym Augustensi & Eystentēnsi Canonico.

n Vper ex bononia ueniens: quum ad me patauii diuertisses: exquireresque: Quidnam pro mea consuetudin: inter ocia mea litteraria uersarem: casu eam quam tum forte tractabā epistolarum formandarum rationem incidisti. Han: tu pro consuetudine tu: quum euolueres diligentissime offenderesq́ pleraq́ quæ a communibus præceptis litteratorum quorundam dissidere uiderentur: siue quod ita sentires: uel quoniā mea essent: meliora ob id fortasse existimares: ipsorum te mirifico desiderio teneri aiebas: Adiiciens pro inita familiaritate nostra: quum ea absoluissem aliquando: eorum te quoq́ participem efficere uelim. Ego uero qui paucula consuetudine: quæ tum inter nos fuerat: & ingenii tui acumen: dexteritatē q́ perspexeram. Teq́ a musis & græcis: sicuti aiunt: nō alienum etiam sensissem gauisus sum plurimum: rem hanc a tali uiro exposci: qui sibi si ab imperitis carperetur: & præsidio esse possis & ornamento. Maxime q́ quum Bohuslai de hasseostein te affinem esse tum etiam cognouerim. Cuius doctrina & eruditio me sibi antehac plurimum deuinxit. Quapropter has meas nugas: quoniā ita uolebas: mi Georgi equo animo admittito. Quumq́ tibi curis pub icis liberum eē dabitur: has etiā ut euoluas uel deieculam unam suffurato. Quæ licet eiusmodi nō sint: quæ doctis obiici mereantur. Sunt enim imperitorum institutioni descripta: plus tamen in recessu utilitatis habitura spero: quam in fronte ostentationis prætulerint. Vale. Meq́ sicuti cepisti ama.

FINIS.

AD LIBRVM.

Quo properas tam parue liber? quo pergis inepte?
Curq́ fugis uatis scrinia tuta tui?
An non tot nasos metuis? tot deniq́ ronchis
Naribus? & tetricos tot tibi rhinoceros?
Qui simul ac patulas audax captaueris auras
Teq́ feres turba prætereunte legi
Te lacerent: digitisq́ notent: uerbisq́ fatigent
Acribus. & putri te quoq́ dente petant
Si sapis ergo caue: calidæ te credere turbæ
Nec nisi paucorum limina docta subi
Grammaticos etiam fugies: ludiq́ magistros
Hæc tibi: crede mihi: turba nocere potest
Nil istis leuius: nihil est petulantius illis
Vtraq́ iudicio pestis acerba meo
Sed properas: monitusq́ tui perferre parentis
Negligis: audaci laberis atq́ pede
I felix: faueasq́ bonis: latrātibus ite
Dixeris: impuri longius ite canes

τελοσ

Venetiis per Simonem beuilaqua
Papiensem idibus ianuarii
M.cccc.xcv.

netiis 1495. Augustin Moravi De modo epistolandi.